

inuadere consueuerunt.] Adeò ut vel febrem aliquam , aut causam præincipientem seu externam ; vt iram, tristitiam , laborem, aut vigilias præcedere velit, velut & insolationē balneum siccum, & inferius clarius : [ Incipit autem cordi hæc passio nonnunquam ex seipso , sicut in excandescentiis, vehementibusque tristitiis ac diuturnis, nonnunquam verò ex ardentibus febribus : ] tandem concludit quod ex quorumlibet viscerum inflammationibus diuturnis, & ex pulmonis ac pectoris suppurationibus sit. Princeps tamen prima quarti. [ Longissimum est ut hec accidat incipiendo, quasi sint membra semine genita iam inflammata , & non inflammetur humor seu spiritus ante illa ; imò oportet ut illa ante hæc calefiant nisi sit causa valde patens.] Dico sententia est clara, sed pro prima autoritate ἀπότελεται perficitur, male interpretatum est, sit : aliud fieri. Vult enim omnem hec tam perfici progressu temporis , quoniam & si transeat ex inflammatione vel ex ira in illam, cot tempore longiorre perficitur. Ob id & Auenzoar , & Auctroës dixerunt raro fieri nisi post febres alias; quia raro causæ externæ sunt adeò potentes.

## CONTRAD. XVI.

*Signa principij morborum exitia-  
lia, an certiora signis  
status.*

**S**igna initij esse validissima ad declarandum mortem docet Hippocrates primo prognosticorum tum per ea verba , lethale est. Et maximè cum in sequenti dicat. [ Si vero vetustior sit morbus , apparentque talia tertio vel quarto die; tunc de his interrogare oportet de quibus dixi, item alia signa considerare , ( quæ cum enumerasset inquit) mala omnia sunt , & perniciosa. ] ut longè minus mala esse velit, tum quia serius perimunt, tum quia dicit ὅλεσια , id est , perniciosa & prius dixerat Ἰαραλῶσις , quod est aliquid etiā magis quam lethale, cum aliud sit solum perniciosum, id est, ad exitium inclinans : tum ex modo loquendi, quia ad ὅλεσια præponit τὰ πάντα πάντα, id est omnia mala : inde subiicit & exitialia. Et huic sententiae astipulatur Galenus ut etiam in commentatiis diximus. Ut concludendo dicam Hippocratem signa existimare ad mortem visa esse maxime horrenda & lethalia , cum in ipso initio , ingressu morbi apparuerint ; posterius verò mitiora. At contra Epidemiorum : [ Coctionis iudicij celeritatem ostendit, securitatemque salubrem , cruda verò quæ ibi enumerantur mala .] Et recitat in libro de constitutione artis medicæ: & prima Aphorismorum, [Coctionis signa semper bona , iudicatoria non ita. ] Et in primo de crisi : [ Coctionis signa nonnunquam malè apparent. ] Et in tertio de crisi. [ Eorum quibus interfui neminem ex crisi periisse vidi quam coctionis signa præcessisset.] Eadem millies repetuntur à Galeno velut quarto Aphorismotum bis. Respon-

deo quod solutio huius difficultatis pendet ex his quæ dicuntur in primo Aphorismorum. [ Signa mortis solent apparere in principio morbi; signorum autem salutis nullum est tam potens quam coctionis, ] Coctionis autem nunquam signa apparere possunt in initio morbi, ut ibidē habetur. Itaq; signa lethalia ab initio apparere possunt salutaria nō nisi procedente morbo, quia pédent ex coctione non absoluē sed confirmata ; ut in secundo prognosticorum : [ Vrina optima erit si candidum sedimentum fuerit, leueque & aquale per omne tempus, dum morbus iudicetur.] Dixerat & de nota confirmata coctionis quarto de vietu in acutis. Verū quidam dicerent quod signa mortis ab initio essent certiora quam in statu morbi : quod verū non est : siquidem inclinante morbo & resolutis viribus sunt certiora signa lethalia , quam ab initio cum adhuc vires stant. Sed Hippocrates illa principij præponit quia sola illa sunt artificiosa , & Medicum ab infamia liberant : signa autem lethalia in fine etiam astantibus nota sunt, nec Medicum ab infamia liberant. At signa mortis in principio sunt firmiora signis incrementi, & status, & iudicij & aliis huiusmodi ob vehementem agitationem quæ contingit in illis : In principio autem materia si non omnino quieta est, patum abest à quiete , & ideo cum procedente morbo necesse sit naturam eo magis affligi, ideo & mortem sequi incrementum illius cuius principium non fert.

## CONTRAD. XVII.

*Labij superioris tunica an una cum  
ventriculi tunica.*

**G**alenus docens causam tremoris labij inferioris ante vomitum solum illius meminit , eiusque tunicam unam & eandem esse commemorat cum tunica interiore ventriculi primo Prophiticorum, & secundo de vietu in acutis. Sed tertio Prognosticorum dicit postquam de tremore labij inferioris sermonem habuit in eiusmodi casu, quod labra tremunt ante vomitum ut videatur intelligere de superiore etiam. Et subiungit causā quia ventriculi tunica est eadem & palati, & gulæ, & linguæ, & totius oris; adeò ut eadem ratione vtriusq; labri comprehendat substantiam. Aliud est quod confirmat hoc scilicet quia materia in febribus licet magis ad labium inferius ( scilicet intermittentibus ) ad vtrumque in declinatione labrum propelli solet, & appetet quædam exustio. Et in secundo de differentiis febrium vult quod non à ventriculo , sed à capite descendat. Respondeo quod tunica illa non est eadem prorsus sed intelligit per coniunctionem , ideo ante vomitum bilis tremit labrum inferius manifestè ; & hoc citat Galenus ex Hippocrate qui hoc dixit secundo de vietu in Acutis. Quamquam ambo tremore soleant , sed superiùs solum obscurè & per consensum. De capite autem dixi causam quia non ad cutim sed ad substantiam labiorum materia transfertur. Verū cu tis est causa